



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

VII. De contractu sub conditione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

11. Quarto si debeat ad diem certum, potes ante diem solvere creditore invito (nisi in eius gratiam dilatio solutionis concessa fuerit, quod non presumitur) quia solus debitor, & solutionis delatio in tui fauorem creditur apposta. Secus est si ad diem incertum debeat, quia nequit creditor illud accipere, vt potest sibi non debitor. *leg. stipulatio ista. §. inter certam ff. de verb. obligat. leg. quod in diem. ff. de solutionib. leg. cum tempus ff. de regulis iuris.* Facta vero solutione si debitor es ad certum diem nequis repetere, esto ex errore iuris; vel facti soluisse, quia vere soluiti debitorum. *leg. in diem. ff. de condit. indubit.* Secus si ad diem incertum debeat, quia vsque dies adueniat non debes *leg. sub condicione. ff. de condit. indubit.* Quod procedit inquit Ant. Com. dicto cap. 11. 23. cum ex errore iuris, aut facti soluis, nam si soluisse sciens indebitum esse, nequaquam repetere posses quousque constaret conditionem defecisse, non quia ceteris donasse, sed quia ceteris solutionem debitor contingenter futuri parauerit, deficiente vero conditione optime potes repetere, tanquam datum ob causam non existentem.

In eo autem conueniunt hae debita ad certum, vel incertum diem, vt agenti ante diem obiter exceptio, repellit ad iudicio debeat, & in expensis condemnari absoluto debitor ad iudicij instantia. Quinimo si debitor perat vt tempus solutioni designatum sibi prorogetur, debet in penam delicti a creditore commissi condemnari, vt prorogetur tandem ac superest solutioni praestanda. iuxta §. hodie in diem. de exceptionibus. & cap. 1. de plus re in iudicibus. Quod non solum habet verum in debitor ad tempus certum, sed etiam in debitor ad tempus incertum, cum textus concedens iudicium debitori cui ante tempus debitum exigitur generaliter loquatur. Tempus autem quod duplicari debet, est illud tempus quod a petitione vsque ad conditionis existentiam interfuert. Sicuti haec notat Anton. Gomez. d. capite 11. pumer. 251.

PUNCTUM VII.

De contractu sub condicione.

- 1 Quoruplex est conditio.
- 2 Conditiones de presenti, & de praeterito non suspendunt dispositionem.
- 3 Conditiones de futuro impossibiles viciunt contractus inter viuos.
- 4 Apposta vltimis voluntatibus habentur pro non adiectis.
- 5 Conditiones futurae possibiles non cessant firman dispositionem, ac si nulla conditio apposta esset.
- 6 Conditiones futurae possibiles sunt in triplici differentia, contractusque sub his celebratus nullam partem praesentis obligationem.
- 7 Parit tamen obligationem expectandi conditionis euentum quod ius ad heredes transmittitur.
- 8 Haec transmissio non est in dispositione vltima voluntatis.
- 9 Ius exequendi conditionem ad heredes transmittitur in contractibus.
- 10 Dispositio vltima voluntatis sub condicione negatiua praesentis cautione Mutiana exequenda est.
- 11 Affirmant aliqui in contractibus inter viuos praedictam cautionem lo cum habere posse.
- 12 Sed contrarium tenendam est.
- 13 Restrigitur in promisso ad heredes non transmissibili.
- 14 Qua sit causa ob quam in vltimis voluntariis cautio Mutiana admittatur, sed non in contractibus.
- 15 Satisfit rationibus. n. 11. adductis.
- 16 Conditiones in specifica forma exequenda sunt.
- 17 Quando impleri debent conditiones? Et quid si ante dispositionem fuerint implerae?
- 18 Condicio potestaria cui nullum est tempus praesentis facti est in vita institui imperi.
- 19 Conditiones apposta in fauorem tertii si per ipsum steterint quo minus implentur obtinent legatum, & promissum.
- 20 Impleta condicione vltima, & efficacia contractus retrotrahitur ad diem quo contractus celebratus est.
- 21 Aliqui effectus notandi ex hac retrotrahione inducuntur.
- 22 Apposta condicione, & die contractus, vtriusque euentus expectandus est.
- 23 Dies currere debet a tempore verificatae conditionis.
- 24 Satisfit euidam obiectioni.
- 25 Si duo sint successores designati, & vnus reus sit non debet secundus expectare terminum.

Condicio in contractibus est illorum restrictio, & suspensio, ne scilicet effectum habeat nisi ea posita. Vt docuit Glossa in *Aub. ff. de conditionib. apposta* Abba. in *Rub. ibi* iuris. & alij communiter. Huius varia sunt genera, nam alie sunt conditiones de presenti, vel de praeterito, aliae de futuro, aliae possibiles, alie impossibiles, alie necessariae, alie contingentes. Et ex his contingentes alie potestariae, alie casuales, alie mixtae.

Aliae denique sunt expressae, aliae tacitae.

Conditiones de presenti, aut de praeterito, conditiones proprie non sunt, quia nec contractum, nec vltimarum voluntatum dispositionem suspendunt. Vt si dicas *promitto tibi centum, si pater meus viuit, si mater mortua est.* Haec namque si vera sunt, contractum firman, si false irritum reddunt. habetur expressae, *leg. cum in secundo. ff. de iniuris rupo. leg. ad praesens, & leg. ff. si certum petatur. leg. conditio in praeteritum. ff. de verb. obligat. §. conditio in praeteritum. ff. de verb. obligat. & leg. regia. tit. 4. par. 6. & tradunt omnes.*

Conditiones de futuro impossibiles, aliae sunt impossibiles natura, vt est quod filius sit maior patre. Aliae de facto, vt si *caelum digito tergeris.* Aliae de iure sine naturali, sine positio. Vt si *peccatum commiseris, si opera charitatis non exerceas, si consanguineam ducas de quibus leg. 1. & leg. conditiones. ff. de conditionib. institut. leg. obituit. ff. de conditionib. & demonstrat.* Haec igitur conditiones si contractibus inter viuos apponantur, siue sint contractus bonae fidei, siue stricti iuris, viciant eorum dispositionem, ita vt nec ex illis vlla actio, aut obligatio oriatur, neque fideiusor accedere possit. *leg. impossibilium. ff. de regulis iuris. leg. impossibiles. ff. de verb. obligat. leg. si sub impossibili. ff. de fideiusorib. & si impossibilis instit. de iniur. lib. stipulationib. §. loca etiam. instit. de verb. obligat. & alij.* & tradunt ibi Doctores, Anton. Gomez. t. 1. var. resolut. cap. 12. n. 66. Eman. Acolta. *leg. cum tate. §. si arbitram. limit. 2. ff. de condit. & demonstrat. Mol. tract. 2. disp. 206. circa med. & disp. 28. post. rino. Mol. lib. 2. de primogen. cap. 1. a. num. 36. & 46.* Item cum omnis contractus suam vim, & efficaciam habeat ex contrahentium voluntario consensu si contrahentes nolunt se obligare nisi ea condicione posita quam poni impossibile est, committitur contractum sub ea condicione factum nullam vim habere.

Notamet dixi si haec conditiones contractibus inter viuos apponantur, nam apposta dispositionibus vltimarum voluntatum non eas viciant eo quod iure sic disponente habentur pro non adiectis. *leg. si quis in a. leg. si quis in iusticiuris. leg. qua sub condicione. ff. de conditionib. institut. leg. obituit. ff. de condit. & demonstrat. §. si impossibilis instit. de hered. instit. & leg. regia. tit. 4. par. 6.* Ob fauorem enim vltimarum voluntatum hae conditiones reiciuntur, nam cum de functione explicare non possit, an ioco, an serio conditionem impossibilem appofuerit expediens fuit eas reicere, & tanquam non adiectas haberi. Et licet Glossa, in *leg. 1. ff. de conditionib. institut. & ibi Bart. & alij* quos refert & sequitur Mol. iurista lib. 4. de primogen. cap. 12. num. 37. temperent ne procedat doctrina in conditionibus de facto impossibilibus, quia haec non tam impossibiles, quam difficiles cenferi debent. Rectius contrarium censur Gregor. Lopez *leg. fin. tit. 4. par. 4. & leg. 4. tit. 4. par. 6. Eman. Acolta. de select. condicione. lib. 1. cap. 8. num. 9. Mol. tract. 2. de instit. disp. 206. conclus. 1. probatque manifeste leg. si Mevia. ff. de hered. instit. & leg. si quis in iusticiuris ff. de condit. instit. casu quo huiusmodi conditiones impossibiles de facto sunt impossibiles non solum comparatione promittentis, seu promissarii, sed comparatione reliquorum hominum sicuti est illa conditio *si m. nem auicum dederis* quae comparatione generis humani est impossibilis, quam impossibilitatem non habet haec conditio *si certum milium aureos in domum d. doris*, quae esto promissario sit impossibilis non tamen est impossibilis absolute, vt recte notauit Gregor. Lopez. d. leg. fin.*

Conditiones vero futurae possibiles necessariae, vt sunt *si soleras oritur, si Petrus mortuus est,* dispositionem non viciant, sed illam potius firman ac si nulla conditio apposta esset, vt expresse habetur. *leg. si pupillus. §. qui suo consilio. ff. de Nuntiationib. ibi qui sub condicione stipulatur quis omnino exitura est pure videtur stipulari. leg. in illa stipulatione si calendis. ff. de verb. obligationib. §. conditiones instit. eodem tit. & leg. regia. tit. 4. par. 6.* Solent autem haec non in vi conditionis, sed in vi temporis apponi, quibus promittens vult tempus promissae exequendi definire, vt aduertit Layman. lib. 2. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 4. num. 4. qualis est illa conditio *si mortui tibi dabo centum*, ad cuius promissi solutionem dies mortis expectandus est iuxta *leg. quodcumque §. non solum. ff. de verb. obligationib. & leg. quibus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demonstrat.* & docuerunt Bart. Alexand. Paul. Immoia, & alij quos refert, & sequitur Ant. Gom. d. cap. 1. num. 38.

Conditiones futurae possibiles contingentes sunt in triplici differentia. Aliae sunt potestariae, aliae casuales, aliae mixtae. Potestariae sic nuncupantur quia sunt in potestate eius cui iniunguntur. Vt manumittere seruum, ascendere capitulum. *leg. suis quoque. §. puer. leg. Cornelius. leg. iam dubitari & alij ff. de heredib. instit.* Casuales quia casu accidunt, vt *si natus ex Asia venerit, si puella nupterit si Titius contractum fecerit. leg. 2. §. si sub condicione. ff. de honorum possessionib.* Mixtae quae partim ex fortuna, partim ex voluntate eius cui conditio iniungitur pendentes vt est conditio apposta ex nuptiendi matrimonium cum aliqua persona signata, aliumque contractum celebrare. *dicta leg. suis quoque. & leg. si pater. Cod. de institut. & substit. ut. Sub qualibet*

harum conditionum contractus, siue inter viuos, siue in vltima voluntate celebratur, nullam actionem, neque obligationem parit ad rem promissam, sed est in pendentem quousque conditio impleatur. Vt probat textus *leg. de iudic. ff. de verborum significat. leg. is cui ff. de actionib. & obligat. leg. proinde ff. si certum petatur. & §. sub condicione insit. de verborum obligat. & leg. regia. 14. tit. 11. part. 5.* Quod verum est non solum in conditione expressa, sed etiam tacita, vt si promitteres fructus ex aliquo fundo, vel partem ex ancilla, subintelligitur si fuerint. Vt recte aduertit Anton. Gomez. t. 2. *variar. resoluit. cap. 11. num. 27. argum. leg. interdum. & leg. stipulatem. §. sacram. ff. de verbor. obligat.*

7 Verum esto non pariat obligationem ad rem promissam, parit tamen obligationem expectandi conditionis euentum ratione cuius nullus ex contrahentibus, altero inuito recedere a contractu potest, illum mutare, aut grauamen aliquod adicere. Vt dictum est, §. si ita res. ff. de periculo, & commodo rei vendita, & ibi Glossa. & leg. potior. ff. qui potiores in pignore, & pluribus firmat Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 1. Glossa 2. num. 26. & Glossa. 10. num. 43. Matienzo. lib. 5. recopilat. leg. 1. tit. 6. Glossa. 4. num. 20. Molina. tract. 2. disp. 285. post med. affirmans neminem refragari, & eaque de causa est pendente conditione non datur proprie creditor, quia creditor proprie est qui actionem habet. *leg. is cui. ff. de actionib. & obligatib. nec item dicitur debitor, quia debitor est a quo debitum exigi potest. leg. debitor. ff. de verbor. significat. & pluribus exnotat Fachin. lib. 1. controuer. cap. 74. Tiraquel. leg. si nunquam. Cod. de reuocand. donat. verbo reuertatur. num. 225. Matienzo. lib. 5. recopilat. tit. 1. leg. 7. Gloss. 6. num. 31. attamen debita est conditio nis expectatio, & consequenter debitum in spe. Quod debitum ex parte promittentis, & ius ex parte promissarij ad heredes transmittitur, si forte pendente conditione promittens, seu promissarius decesserint. Vt deciditur expresse. §. ex condicionali insit. de verborum obligatib. ibi ex condicionali stipulatione tantum spes est debitum iri, eamque ipsam spem in heredem transmittimus, si prius quam conditio extet mors nobis cogierit.*

8 In quo est latum discrimen a dispositione vltimarum voluntatum, quae siue sit hereditas, siue legatum, siue fideicommissum ad heredes non transmittitur. Si pendente conditione legatarius, fideicommissarius, aut haeres e vita decesserint, vt probat *lex huiusmodi. & alii. ff. quando dies legari cedat. leg. legata sub condicione. & leg. si ita expressum. ff. de conditioib. & demonstrat. leg. unica. §. si autem Cod. de caducis tollendis.* Rationem huius diuersitatis assignauit Glossa in d. §. ex condicionali, & ibi Bartol. Faber. Bald. alique Doctores, nimirum quia in contractibus interuenit factum, & persona creditoris qui praesumitur sui, suorumque heredum vtilitatem quaerere. *leg. si pactum. ff. de probat. at in legatis, fideicommissis, aliisque dispositionibus vltimarum voluntatum, non intercedit legatarium, nec fideicommissarium sibi, siueque heredibus prouidens, sed testator totum merita considerans legatum, fideique commissum facit, iuxta. leg. nec adiecit. ff. pro Socio. Cessat ergo legatum, seu fideicommissum mortuo legatario, seu fideicommissario condicionali, cum ea consideratio meritorum non potuerit ad heredes vtique incertos transmitti. Vt resoluit ex communi Anton. Gomez. t. 2. *variar. capite 11. numer. 36. Conarr. pract. qq. capite 39 numer. 4. Molina disp. 206. & disp. 274.**

9 Et licet communis sententia, quam pluribus relatis sequitur Anton. Gomez. dicto. n. 16. censcat ius implendi conditionem potestatiuam ad heredes non transmitti, eo quod videatur creditor penes quem stetit illam adimplere in culpa fuisse, attamen Couarru. in pract. qq. cap. 19. d. num. 2. cui nosse Molina. tract. 2. disp. 285. circa medium adhaeret, contrarium defendunt ducti ex §. ex condicionali insit. de verbor. obligat. & leg. si praedium in diem additio. ff. de in diem additio. leg. necessario. §. quod si pendente. ff. de periculo, & commodo rei vendita, & leg. 2. Cod. de pactis inter emptorem, & venditorem, leg. veteri. Cod. de contrahenda stipulat. & leg. regia. 42. tit. 5. par. 5. quibus omnibus generaliter dicitur transmitti ad heredes ius exequendi conditionem, neque restringitur ad potestatiuam. Ratione vero hae sententia roborari potest, quia omnes fatentur ius ex contractu condicionali ortum ad heredes transmitti, si forte ante conditionem impletam aliquis ex contrahentibus moriatur, constat ex dicto. §. ex condicionali. ibi spes est debitum iri, eamque spem in heredem transmittimus. &c. at in contractu sub conditione potestatiua nequit hoc ius transmitti, nisi transmittatur ius conditionis adimpletae. Item ad valorem contractus sub conditione, & illius integram firmitatem requiritur quod conditio sub specifica forma impleatur, cui impletio non obest quod alter contrahens decesserit. Neque item obstat quod deficiat is qui conditionem implere debebat, dummodo conditio eius naturae sit vt non adhaeret personae, sed per alium impleri possit. Quod in contractibus onerosis, & in conditionibus potestatiuis ab aliquo tertio pendentibus Anton Gomez. aduertit.

Verum cum haec conditiones sub quibus contractus, & dispositioes vltimarum voluntatum fiunt aliae sint negatae quae durante vita promissarij, seu legatarij non censentur compleri. Vt si dicas *lego. vel dono Perro centum. si capitolium non ascenderit. si matrimonium non contraxerit, vel aliud quid non fecerit, aliae sint posituae quae in vita impleri debent, vt si dicas *fero vel lego Perro centum, si capellam adhaeruerit, si Romanum inuenit.* Conditiones affirmatae exigunt sui executionem, vt legatum, seu promissum concedatur. At conditiones negatae cum in vita impleri non possint ea de causa in vltimis voluntatibus pro institutionibus, legatis, & fideicommissis iure concessum est, vt praestita cautione (quae Mutiana appellatur) quod deficiente conditione restituerent bona iis quibus aliis competere, si haeredi, vel legatario non essent sub conditione relicta, tradita, vt habetur *leg. Mutiana. ff. de conditionib. & demonstrat. de iudic. Glossa. Bart. Bald. alique Doctores & in leg. haeres meus. leg. Titio fundum. leg. pater Severinam. eodem tit. leg. cum filius. §. Mutianam. ff. de legatis. 30. Auchen. cui relictum. Cod. de iudic. viduis rollenda. & leg. regia. 7. tit. 4. part. 6. In legato autem libertatis ob eius fauorem si haec cautio Mutiana praestari non potest, praestata iurata: ius cautio consequitur legatarius suum legatum concessum ac conditioni non contrarium cum possit, vt colligitur ex *leg. libertas. §. 1. ff. de manum. testamento. & tradit Gregor. Lopez leg. 7. tit. 4. part. 6. Molina. tract. 2. de iustit. disp. 206. circa finem.* Quomodo quoties legatum fructuum, & propter paupertatem, aliamque causam praestari cautio Mutiana non possit cautio iuratoria sufficere vt legatum concedatur argum. textus in *Auchen. cui relictum. Cod. de iudic. viduis rollenda. & notatur Gregor. Lopez. & Molina locis citatis.***

Sed grauis est difficultas, An in contractibus sub conditione negatiua factis, praedicta cautio Mutiana de restituenda re, conditione deficiente, locum habeat, postquam virtute illius creditor debitum petere, atque tam condicio existat? Affirmat Guillelmus in *leg. 3. ff. de con. lict. ob causam. & Lynus in leg. suo apud alia. Cod. de transactioib. quae ff. 8. post Gloss. ibi prout refert Anton. Gom. d. cap. 11. n. 37.* Ducuntur quia valet argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus, & e contra vt in *leg. seruum filii. §. cum qui chirographum. ff. de legatis 1. Sed in dispositione vltimarum voluntatum cautio Mutiana admittitur, ergo etiam admittenda est in contractibus. Praeterea rationi consonum est, vt creditor securus sit de consecutione debiti, conditione adueniente: at haec securitatem obtinere non potest nisi bona debitoris sequestrentur, vel ipsi creditori sui dicta cautio Mutiana tradatur, & haec via facilius est, & absque debitoris prauidicio, ergo admitti debet. Denique si ratione alicuius bonis accipiendi es obligatus ad aliquid in futurum praestandum praestita cautione tibi bonum conceditur. *leg. in omnibus. ff. de iudic. leg. si creditores. ff. de priuileg. creditor. leg. si fideiusor. §. si. ff. qui satisdare cogantur. & alij relatis ad Anton. Gomez. supra.**

Ceterum communissima Doctorem sententia est negans, cautionem Mutianam locum habere in contractibus, prout docuit Glossa in dicta *leg. Mutiana. ff. de conat. & aemulor. & ibi Bart. num. 4. Socin. col. 4. Glossa in leg. 2. ff. de con. lict. ob causam. & leg. 1. & fin. Cod. de pactis. & vtriusque Doctores. Ant. Gomez. d. cap. 11. num. 37. Eman. Acosta. lib. 2. secl. 2. interpretat. cap. 5. num. 4. & in leg. cum tale. §. si arbitratu. Matienzo. lib. 5. noua recopilat. tit. 10. leg. 7. Glossa 2. num. 44. Molina lib. 2. de primogen. cap. 12. num. 26. Molina Ictur. 2. disp. 285. post med. Ducuntur §. si quis ita insit. de verbor. oblig. vbi reuertitur inquit promissionem factam sub hac conditione si capitolium non ascenderit, si vidua permanserit, petende esse quod effectum ne tibi promissum debeatur ante conditionem impletam, ac si sub hac forma promissio ferret, *promitto tibi centum cum morieris.* At in promissione collata in tempus mortis promissarij, cautio Mutiana non admittitur, vt manifestum est, ergo neque admittenda est in conditione negatiua.*

Temperant autem hanc doctrinam Baldus in dicta *Auchen. cui relictum. Cod. de iudic. viduis rollend. col. fin. in fin. Socin. in dicta leg. Mutiana. col. 5. ff. de con. lict. & de mon. Ripa. in leg. ita stipulatus. col. 5. not. 45. ff. de verborum obligat. Anton Gomez. r. 2. *variar. cap. 11. num. 37. ne procedat in promissio ex natura sua ad heredes non transmissibili. Vt est promissio alimentorum, vel viustuctus, hoc enim si sub conditione negatiua promittas obtinebit promissarius statim praestita cautione Mutiana quod deficiente conditione rem cum fructibus restituit, ne censetur inutiliter, & frustrane promissum.**

Causa autem ob quam in vltimis voluntatibus concessa cautio Mutiana, non tamen in contractibus est, ne finis testatoris esset qui est honorare heredem, vel legatarium cuius merita spectantur pro hereditate, seu legato relinquendo iuxta *leg. nec adiecit. ff. pro Socio.* At si in sua vita legatum, seu hereditatem obtinere non possent, non censentur specialiter honorari. Deinde de quod in vltimis voluntatibus praecipue spectatur, est haereditas in iustitiam, quae si ante mortem haereditas, virtute cautionis Mutiana non possit habere effectum inutilis esset talis institutio, cum non possit

posset ad heredes transmitti. In contractibus vero contrahentes sibi, sicutque successores providere intendunt. & ius ex ipso ortum ad heredes transmittunt. Conguam ergo fut. vt in vicinis voluntatibus cautio Mutiana admitteretur non admittitur in contractibus.

15 Neque rationes oppositae virgent. Ad primam concedo valere argumentum ab vicinis voluntatibus ad contractus, nisi aliter iure cauum fuerit. vt est in praesenti ex dicto. §. si quis ita iussit. de verbor. obligat. Ad secundam creditor consentiens contractui sub conditione negatiua praedictum periculum admittit, quod si post factum contractum debitor suspectus reddatur obligabitur cautionem praestare, vel bona sequestrantur, non tamen inde fit tradenda creditoris esse cum ei indebita sint, neque potestatem agendi habeat. Ad tertium respondemus debitorem obligatum in diem vel sub conditione ad alique praestandum obligari cautionem dare. alioquin bona sequestrantur, ac creditor sub conditione non obligatur conditionem exequi, & consequenter nequit actionem habere, vt sibi bona sequestrantur, vel concedantur, quia nulla agendi potestatem gaudet.

16 Conditiones insuper, quae implenda in contractibus, seu vicinis voluntatibus insunguntur. in specifica forma impleri debent, siue implentur ab his quibus sunt iniunctae, siue ab eorum heredi. bus, neque sufficit impleri per aequipollentiam, vt probat l. heredi in pri. c. §. lex Mutiana. ff. de condit. & demonstrat. & pluribus comprobatur. Covarruv. tract. 97. cap. 39. num. 2. §. leg. 9.

17 Implere autem debent eo tempore, quo fuerit in contrahentibus, seu a testatore designatum. Ad si nullum tempus designatum est, quoque tempore implentur post contractum, seu testamentum factum conditiones casuales, & mixtae, sufficit quia in his solum factum spectatur. leg. 2. §. leg. hae conditio. ff. de condit. & demonstrat. Ob quam rationem si ante contractum, vel testamentum impletae sint id satis erit vt contractus, & testamentaria dispositio pura persistat. Sicuti notavit alijs relictis Ant. Gomez. lib. 1. resolut. cap. 12. num. 61. & 68. Molina. tract. 2. de iust. §. 1. c. 60. post medium. Conditiones vero potestatiuae cum ab ipsa persona pendent, ipsamque respiciant post contractum exequenda sunt, iuxta leg. 2. §. leg. si iam facta. §. v. r. ff. de condit. & demonstrat. Id enim contrahentes intendunt cum ad factum obligant. Quod a fortiori procedit, cum conditiones in testamento, vltimaeque voluntatis dispositione appositae sint, quae non solum post testamentum, sed post testatoris mortem adimplendae sunt, quia omnis testamenti dispositio regulariter post mortem testatoris exequenda remittitur. Vt in leg. 1. ff. de testamentis. & docent Ant. Gomez. & Mol. locis citatis. Quod si de facto conditio impleta sit, nec fit irretabilis contractus, & testamenti confectio pura persistit, quia dispositio, seu contrahentis intentio facta factum est. Ad si conditio irretabilis est nouam irretationem consequentur contrahentes, & testatores exigere si scienter processerunt. Secus si ingnoranter, vt bene relati doctores aduertunt.

18 Obserua tamen conditionem potestatiuam, cui nullum est tempus praefixum in institutionibus satis esse in vita institui impleti, vt probat lex suus quoque in pri. ff. de heredi. instit. & tradit alijs relictis Greg. Lopez. leg. 1. d. 4. p. 6. vbi vbi se cumplere. At in legatis cum pimum potest impleri debet, iuxta leg. hae conditio. §. 2. ff. de condit. & demonstrat. & docent Greg. Lopez. supra, & Molin. tract. 2. disp. 206. vers. quando conditio in. Ratio autem quare instituitur integrum vitae tempus concedatur, non item legataris ea videtur esse, quia testator speciali favore suum heredem praesumitur prosequi quam legatarium.

19 Quando autem conditiones appositae cedunt in fauorem alicuius tertij, vti sunt donatum, seu legatum sub conditione ducenti Mariani, redimendi Petrum a captiuitate, si per tertium steterit quominus conditionem impleat, hereditatem, seu legatum sub ea conditione relictum consequitur. Vti constat ex leg. si post diem si qua conditio ff. quomodo dies leg. cedat leg. 1. iuncta Glossa ibi. Cod. de institut. & substitut. leg. si ea. Cod. de conditionibus. incertis, §. leg. iure ciuili ff. de conditionibus. & demonstrat. Secus esse si promissum fuerit stipulatione, & promissione, donatione inter viuos, alioque contractum, in his enim quoque modo conditio deficiat, irritat contractum, & nullum reddit, quia in contractibus vigor verborum spectatur, qui tamen in dispositione vicinarum voluntatum ob carum fauorem non attenditur. Vti resoluit Greg. Lopez. leg. 1. d. 4. par. 6. Eman. Acolta. in leg. cum t. §. si quis arbitratu limit. 4. ff. de conditionibus. & demonstrat. Molina lib. 2. de primogen. cap. 13. num. 16. §. leg. Molina Ieluita tract. 2. disp. 206. circa finem. iuncta disp. 285. vers. illud addendum est.

20 Impleta igitur conditio contractus purus, validus, & firmus redditur, ac si a principio nulli interposita conditio celebratus fuisset. Vt probat Textus. iuncta. Glossa in leg. fin. §. Titius ff. de vulgari, & pupillari. §. leg. si pupilli ff. de conditionibus. institut. leg. fin. §. fin. de verborum obligat. & tradunt omnes. Quod adeo verum est, vt eius virtus, & efficacia retrotrahatur ad diem quo contractus celebratus est, ita vt praedicto contractui omnes effectus competant qui competere si absque vlla condi-

tione celebratus foret, vt aperte probat lex prior. vers. si ff. qui potiores in pignore habentur. ibi. cum enim semel conditio extiterit perinde habetur ac si illo tempore quo stipulatio interposita est sine conditione facta esset, & ibi Glossa, & doctores. Quod intelligendum est, dummodo tempore celebrati contractus, & implementi conditionis nulla in contrahentibus addit inhabilitas, nam si ad contrahendum, & se obligandum a quo ex his temporibus inhabiles extiterint, nequit retrotrahi contractus, cum nequeat contractus esse, neque ius concedere potest valorem actui quem improbat, & annullat, vt pluribus comprobatur Anton Gomez. tit. 2. variat. resolut. cap. 11. numer. 31. Deinde debet esse contractus simplex simplicem aliquam rem spectans, Nam contractus qui virtute multiplex est, vt est contractus pro annuis praestationibus, pro alimentis, pro usufructu, non admittit retrotractionem ob praedictum promittentis, qui sine dubio maxime granaretur si obligatus esset factus, & alimenta solueret promissio die celebrati contractus, sed eius obligatio a die impletae conditionis incipit, vt colligitur ex leg. huiusmodi 2. ff. de verbor. obligat. & ibi Paul. & Anton. Gom. supra.

Denique vt contractus ad sui initium retrotrahatur factus esse debet sub conditione casuali, vel mixta, nam factus sub conditione potestatiua, cum huius executio a voluntate promissarij pendeat aequum non est retrotrahi, cum sibi promissarius imputare debet, ac quod a die celebrati contractus effectum non habuerit, & colligitur ex leg. prior. ff. qui potiores in pignore habent leg. quidam cum filium §. fin. ff. de verbor. obligat. leg. debitori 1. §. si filius ff. de fideiussorib. & docet Bald. in leg. si quis pro emptore ff. de usucapionib. num. 49. & ibi Iason. num. 307. & in leg. si filius ff. de verbor. oblig. col. 1. & alibi. Anton. Gomez loco citato.

Ex eo autem quod contractus conditionalis posita conditio retrotrahatur diem quo celebratus est, deducit Anton. Gomez d. cap. 11. num. 30. aliquos effectus maxime obseruandos. Primum ex retrotractione admittenda est praeratio ad debitum, & pignus postmodum contractum. Si enim promittentes sub conditione Titio centum, bonaque sua illorum solutioni obligares, & pendente conditione Sempronio alia centum absque vlla conditione promittentes cum eadem hypotheca, verificata conditione, primum debitum conditionale, & hypotheca Titio constituta praeretur ex leg. prior. vers. videamus ff. qui potiores in pignore, & docet Glossa Bart. & alij, & habetur leg. regia 32. tit. 13. part. 4. Gutierr. allegat. 4. num. 16. Secundo eadem praeratio admittenda est in venditione, Etenim si vendas rem vni sub conditione, & pendente conditione alteri vendas, purificata conditione venditio praeretur debet, quia retrotrahitur ad tempus quo celebrata fuit, ac si tunc pure, & absque vlla conditione celebrata esset. argum. leg. in operis ff. locati, quod intelligendum est, dummodo nulli eorum sit res tradita, nam ratione traditionis possides rem praeretur deberet. Neque obstat lex priuileg. ff. de priuilegijs creditor. decidens in obligatione personali praerationem temporis locum non habere, quia vt recte respondet Ant. Gomez id intelligendum est de obligatione personali ad pecuniam, alimue rem similem praestandam. Secus vero in obligatione ad factum quod cum sit indiuiduum primum est praerendum. Tertio quominus ex contractu conditionalis pendente conditione nulla gabella debeatur, quia sic promissum proprie debitum non est, sed oportet conditionem impleri, vt gabella debita sit iuxta leg. 2. Cod. de emptionis leg. ea quidem. Cod. si mancipia ita fuerint alien. vt munum. tit. leg. 1. §. hae autem ff. quod quisque iuris. attamen non debetur conductori illius loci, & temporis quo conditio fuit impleta, sed conductori loci, & temporis, quo contractus celebratus est, quia ad id tempus refertur virtute retrotractionis. argum. leg. prior. ff. qui potiores in pignore. Tandem inter Anton. Gomez quod habitus, vel capacitas creditoris non sit consideranda tempore, quo conditio apponitur, sed quo est celebratus contractus. leg. filius familias ff. de verbor. significat. leg. si filius sub conditione ff. de regulis iuris. leg. Senatus §. fin. de Donat. causa mortis. Sed hoc dictum non cohæret cum his quae paulo inferius ab ipso traduntur, vbi late probat in materia retrotractionis necessarium requiri quod extrema habita sint tempore a quo, & ad quod, id est tempore a quo fit retrotractio quod est cum conditio apponitur & tempore ad quod retrotractio dirigitur, quod est tempus celebrati contractus. Nam si tempore quo incipere debet retrotractio contrahens inhabilis, & incapax est ad contrahendum, nequit virtutem & efficaciam contractus in se suscipere, ac proinde nulla erit retrotractio, cum nihil sit quod retrotrahatur.

Superest dicendum, si contra hui, vel legato apposita sit conditio, & dies vt si promiseris Titio dare centum infra annum si capellam edificaueris, an verificata conditio dies expectandus sit? Et licet Bart. in leg. ita stipulatus in leg. illa stipulatione ff. de verbor. obligat. cui adhaeret Ant. Gomez tit. 2. de contractibus. cap. 11. numer. 32. varie distinxerit, probabilius censet indistincte expectandum esse diem, siue dies appositus sit dispositioni, & siue conditio dependeat ex facto promissoris, siue ex facto alterius, siue viribus fortunae, quia regulariter dies censendus est appositus in fauorem promittentis, & causa

causa solutionis differenda vt recte Gregor. Lop. aduertit in leg. 17. tit. 11. par. 3. & decidit in d. leg. cuius verba sunt. A dia clerico e. ad. p. non promittendo in nome a otro de dar o de facer alguna cosa maquer se cumple la condision no es tenudo per lo que se lo la, remision de un p. sino quisiese fasta que venga el dia que se juro o que in cumpliese, o la debe cumplir.

23. Grauius tamen dabitur est, an in supradicto casu dies incipit currere a tempore purificationis conditionis, vel a tempore contractus. An. Gorn alios referens. in 2. v. arbor. resolut. cap. 11. num. 33. assentit si dies incertus sit, & reiterabilis. Vt si promiseris centum Titio infra annum, si capellam edificauerit computandum annum a die conditionis impletæ. ex leg. tui facta stipulatione ff. de iure dotium c. 1. §. 1. annus ff. quando actio de peculio est. annalis. ut si dies certus, & decemmaris sit. Vt si promiseris Titio centum in diem sancti Iohannis si capellam edificauerit, creditur a tempore contractus diem incipere, ita vt si ante impletam conditionem dies sancti Iohannis adueniat, teneatur veritate conditionis statim promissum solvere neque postea proximum diem sancti Iohannis expectare. iuxta leg. in illa si pu. u. u. no. si ceteris ff. de v. r. u. o. u. g. a. t.

Ceterum nullum in hiis discrimen occurrit ratione cuius temporis incertum computandum sit post conditionem impletam, & non tempus certum: utrobique enim videtur computandum a tempore verificationis conditionis, & non a tempore celebrati contractus, nam cum tempus appositum sit causa solutionis differende, & in fauorem promittentis, non videtur currere quouique contractus perfectus sit, & nata actio, & obligatio. Et colligitur ex Fachis lib. 11. cap. 4. §.

24. Neque inde fit si restator relinquat vxori legatum sub conditione, ut ad nuptias transferat eum gratuarine, vt post eius mortem vxori tertio restituarur, expectandum esse mortem vxoris conditioni non parens, hic casus distinxit est præcedenti, cum legatum correat conditione deficienti, & nullum ius vxori, cuius hæredibus competat illud retinendi, vt pluribus firmat Anton. Gomez. dicto capite 11. numer. 14. Mancica de conuict. r. lib. 13. tit. 5. capite 5. & colligitur aperte argum. leg. si quis heres ita scripserit ff. de acquir. ma. hæredit. Cur decisioni non obest lex vxori usum fructuum villa ff. de usu fructu legato. decidens. Si testator legauit vxori usufructum villæ per quinquennium sub gratuarine, vt transacto quinquennio quid in liberis concederetur, vxor que ante quinquennium decesserit non esse villam statim restituendam, sed quinquennio transacto, quia vxor obtinuit non solum legatum usufructus, sed villæ possessionem, quam ad sui hæredes transmittit; ac in præcedenti casu vxor legatum non obtinuit. Si vero usufructus tantum legatus esset cum obligatione restituendi post quinquennium alteri tertio, & ante quinquennium decesserit, statim restituito facienda est, quia usufructus finitur, & solum in gratiam illius que quinquennio credebatur victura designatus est.

25. Neque item inferendum est repudiante primo successore bonorum possessionem inchoatam in concessis, expectandum esse integram terminum decursum, vt secundo successori suus terminus currere incipiat: nam cum terminus concessus sit ad acceptandam, vel repudiandam hereditatem, post illius repudium superfluit terminus concessio, cum nec alteri repudio, nec acceptationi deus locus. Quare ab eo die repudij primi successoris incipit sequenti currere tempus acceptationis, vel repudij concessum. Vt expressè deciditur l. §. fin. vers. eo addito. Cod. qui admitti. Ad idem est si lege, vel testamento caueatur, vt condemnatus infra decem dies teneatur a sententia appellare, & post alios decem dies prosequi appellationem, & appellatur initio quindecim dierum, ab eo die computatur dies designati ad appellationem prosequendam, quia iam appellationi interponendæ deseruie non possunt.

P V N C T U M VIII.

De contractu sub modo.

- 1. Quid sit modus?
- 2. Qualiter à conditione differat?
- 3. Donatum sub conditione peti non potest, quousque conditio existat bene tamen sub modo.
- 4. Legatum, seu donatum sub conditione pendente conditione ad hæredes non transferuntur, bene tamen sub modo.
- 5. Multiplex est modus. Modus impossibilis, surripis, & inhonustus à contractu, vltimæque voluntatis dispositione reuocatur.
- 6. Modus possibilis honestus, plerumque à gratuito sub obligatione exequutus est.
- 7. Aliquando modus apponitur sub annullatione donati, seu legati.
- 8. In donato, seu legato ad piam causam non est id præsumendum.
- 9. Cum modus excoctio non pendet à voluntate donatorij, seu

legatarij, sed facta est impossibilis, non reuocatur donationem, seu legatum.

10. In legatis Ecclesia non perditur donatum, seu legatum, ex eo quod a Prelatus noluit modum iustitiam exequi.

Modus affinis est conditioni, & sæpe cum illa coincidit. Vt verò à conditione distinguitur, est quædam moderatio dispositionis adiecta ex mente promittentis, vel legantis. Vt tradit Bart. communiter receptus in leg. qui. us. dicitur §. 1. Trinitius ff. de condit. & demonstrat. Exemplis res erit manifesta. Legas vel dona Titio centum vel seruum manumittat, vt Ecclesiam edificet, &c. serui enim manumissio, & Ecclesie edificatio legatum vel donationem modificat, & temperat quæ alioquin libera remaneret.

Hincque constat latum esse discrimen inter conditionem, & modum, nam conditio suspendit dispositionem vt effectum non habeat quouique ipsa verificetur, supra dictum est, quæ modus dispositionem perfectam supponit, tamen illam temperat, & moderat. Vt colligitur ex leg. 1. c. 1. §. 1. Cod. de donationibus, quæ suo modo, & tradit Glossa recepta in cap. v. r. u. m. vers. conditione de conditionibus appositis & ibi Abbas num. 1. Anton. Gomez. tit. 2. v. arbor. resolut. cap. 12. num. 7. Rebell. de obli. in fine. p. lib. 18. quæst. 11. Molina tit. 1. tract. 2. disp. 208. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tracta. 2. c. n. e. l. e. s. Cognoscitur autem gratuarine in vi modi, & non conditionis appositum esse, si post dispositionem completam exequendum sit, tamen per verba de otiuma conditionem concipiatur. Vt probat lex cum ab eo ff. de centumendo empt. leg. in conditione. Cod. de resind. ma. uent. leg. finia ff. de n. n. m. s. s. f. u. m. c. §. leg. regia 28. tit. 5. part. 6. & docet Molina lib. 2. de prim. g. n. cap. 12. num. 5. c. 2. 1. num. 28. c. 2. §. 1. Molina lectura dicta disp. 208. post inchoatam. In casu autem dubio an gratuarine in vi conditionis, vel modi habeatur tum ex verbis in dispositione inferri, tum ex materia decedendum est. Quod si adhuc retineatur dubium credi debet conditionem esse non modum. iuxta leg. de ceteris ff. de cenat. & demonstrat. leg. qui hæredes dicit §. vlt. in fine. Glossa vlt. ff. de eadem tit. & tradit alijs restator Molina lib. 2. de prim. g. n. cap. 12. num. 6. 2. nosser Molina tract. 2. disp. 208. vers. quando autem verum Anton. Gomez. d. cap. 12. num. 7. 2.

Ex præfato discrimine modi à conditione inferitur primo. Quod quamuis donati sub conditione peti non possit quouique conditio existat, bene tamen donatum, & legatum sub modo, tenetur tamen legatarius, seu donatarius cautionem præstare de modo exequendo, si ei petium fuerit. Vt colligitur ex leg. quibus villis §. Fermilius ff. de condit. & demonstrat. leg. 1. c. 1. §. 1. Cod. de his qua sub modo. §. longe insit. de legatis, & notat Glossa, & Bart. in dicta leg. quibus villis Anton. Gomez. dicto cap. 12. num. 70. Molina lib. 2. de primogen. cap. 12. num. 23. notat Molin. tit. 1. tract. 2. disp. 208. vers. quando aliquid. Quare recte aduertit Molina d. num. 23. c. 2. §. 1. est legatarius sub conditione præstita cautione Muriana de re cum fructibus restituenda legatum exigere possit, eo quod conditio virtute cautionis Murianæ censetur impleta, & actio non ex legato, sed ex cautione proveniat. Ad legatarius, & donatarius sub modo non ex cautione præstita, sed ex ipso legato, & donato actionem habet.

Secundo infero, est legatum pendente conditione ad hæredes non transituratur, bene tamen transituratur legatum, & donatum sub modo, si modus sit qui possit ab hæredibus impleti hæretque donatarij, seu legatarij cautionem præstans de modo exequendo consequatur legatum, seu donatum, sicuti censetur est legatarius, & donatarius. Vt probat lex resind. ma. uent. ff. de condit. & demonstrat. leg. si post diem. vers. insit. ff. quando dies legati codas. leg. vltima. ff. ne autem. Cod. de cenat. r. e. l. e. s. & tradunt veròbique Gloss. Bart. Bald. Paul. Innocentius c. 2. referunt, & sequitur Anton. Gomez. d. cap. 12. num. 71. Neque obest quod legatum sub modo continet conditionem si tam dederit, quia ea conditio iure ipso inest dispositioni perfectæ, ac proinde non suspendit donati, seu legati transitum, & possessionem. Vt recte aduertit Anton. Gomez. & nosser Molina lectis citatis. Quapropter concludit Anton. Gomez. dicto num. 71. cum communi sententia secundo legatario qui modum excocturus est competere actionem aduersus primum gratuarum excoctum ab competebat primo legatario ex leg. 1. Cod. de his que sub modo. Notanter dixi, si modus sit qui possit ab hæredibus impleti, nam sæpe modus ita adhæret persone, vt alius commocati nequeat, vt pluribus comprobatur Couarrua. de testam. c. 2. capite 3. numer. 11. Eman. Acosta, lib. 2. de conditionibus capite 22. præcipud. num. 11.

Modus tum contractibus, tum vltimarum voluntatum dispositioni appositus multiplex est, alius possit, alius impossibilis, alius surripis, alius inhonustus, alius voluntarius, alius obligatorius, alius reuocatorius, alius non reuocatorius. Modus impossibilis, surripis, & inhonustus omnino à contractu vltimæque voluntatis dispositione reuocatur, vt ipse qui neque secum trahere excocturus obligationem, ideoque ex illius appositione nec contractus, vltimæque dispositio viciatur, sed vtque facta, & valida, perditur ac si modus appositus